



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Sistendi, Et Manvum Iniectione, Qvam Vvlgō
Arrestationem Vocant, Svccincta Explicatio**

Peck, Pierre

Antverpiæ, 1589

Vtrum Judex per extraneum Apparitorem arrestare possit. Caput 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63495)

De Jure Sistendi.

Vtrum Iudex per extraneum Apparitorem arrestare possit. Cap. 20.

ARGUMENTA.

Iudex an possit per priuatum quemque hominem arrestare debitorem. nu. 1.

Iudex an possit creditori licentiam arrestandi suum debitorem tribuere. nu. 2.

Iudex an possit per executores superioris Curie arrestare aliquem. nu. 3.

Salarium apparitorum arrestantium aliquem, an omnibus equale sit. nu. 4.

CÆTERTVM quia Apparitores & Seruientes, certis territorij stationib. & locis designantur; video & hoc quoq; disputatum esse, an Iudex proprio Apparitore neglecto seu omisso, alteri mandatum arrestandi & detinēdi, dare possit? In simili quæstione Cardi. Alexandrinus, & Abbas ad c. cum sit Romana. de appel. responderunt, posse Iudicem
1 priuatum hominem, qui Apparitor non sit, eligere, eidemque citandi & in ius vocandi auctoritatem dare, proprio etiā Apparitore neglecto. Et quod amplius est. Bal. ad l. vt perfectius. C. de excep. annal. col. fin. in ea opinio-
2 ne versatur, vt existimet, posse Iudicem parti aduersæ mandare, vt aduersarium suum citet. quod & Bart. variis locis, & Specul. in titu. de citat. §. sequitur, col. 1. secutum esse animaduerto. Sic etiam Iudex potest dare licentiam parti, quod capiat possessionem, constituendo eum executorē in propria causa, teste Bart. Alex.

Alex. & aliis ad l. iustè. ff. de acquir. poss. & l. as. ad l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. ita tamen vt per epistolam, vel aliàs sufficièter, aduersario qui citatur, de mandato & commissione Iudicis constare possit. Baldus ad l. si vt proponis. C. quom. & quand. Iudex & ad d. l. vt perfectius; de cuius decisionis veritate, cumulatissimè agit Rebuffus, ad constit. reg. to. 3. tit. de citat. in præfat. numer. 80. cum mult. seq. & Robert. Maranta in tract. ord. iudiciar. parte 6. §. incip. Proposui. numero 44. Tum verò Angelus in tractat. malefic. ad verb. Petro, publico & iurato nuncio. nu. 4. vers. Tertiò citatus. respondet, quod licet nuncius sit Curia deputatus, per què citatio fieri possit, licere tamen Iudici, proprio illo nuncio neglecto, superioris Curia nuncio vt, eidemque citandi; seu in ius vocandi potestatem dare: quæ in re & Bart. quoque in extrauag. ad reprimendum, ad verb. per nuncium, consentientè habet. Simpliciter tamen Chassanæus ad consuet. Burg. tit. de iustit. & iur. §. 6. num. 5. vers. Sed tamen existimat Iudicem non posse mandata sua mittere executioni per alium, quàm per nuncium publicum illius prouinciæ vbi est Iudex. Sed quia Bart. allegat, videtur hoc intelligere, vt cuilibet Iudici inferiori, nuncio publico totius prouinciæ, vt liceat. Sanè in ciuile est proprium nuncium negligere, & panem filiorum extraneis tribuere. Vnde animaduertere debet Iudex, quod nõ omne quod licet honestum est, l. non omne. ff. de regu. iur. & æquum

est ne

De Iure Sistendi.

est ne creditores ex malicia mittāt diabolicos
executores, qui omnia debitorū bona in ex-
pensis executionis & arrestationis cōsumant,
& si Iudex consentiat, conuenit non plus eos
recipere, quā si creditor Apparitoris illius
4 qui eo in loco, in quo debitor est, opera vsus
fuiisset. Rebuffus ad ord. reg. tomo 2. titul. de
lit. requis. glo. 4.

Vtrum Apparitores magni Senatus v-
bique arrestare possint. Cap. 21.

ARGUMENTA.

*Apparitores magni Consilij iussa eiusdem vbique
exequuntur.* nu. 1. & 4.

*Apparitores magni Consilij vtrum inferiorum ma-
gistratum sententias mandare queant executio-
ni.* nu. 2. & 5.

*Appellari an possit ab executiōe Apparitoris supre-
mæ Curia. sententiam inferioris Iudicis exequen-
tis.* nu. 3. et 6.

*Iudex superior an in territorio Iudicis inferioris sibi
subditi, de omnib. causis cognoscere possit, de qui-
bus potest ipse inferior.* nu. 7.

HINC etiam dubitatum fuisse video, v-
trum aulici & magni Consilij Appari-
tores, qui certum territorium nō habent, pas-
sim & vbique munus suū in tota ditione ex-
ercere, sistereque aut arrestare debitorem, & e-
ius bona possint. Ioan. Imbertus Instit. foren.
lib. 1. c. 1. pauca quædam huc pertinentia an-
notasse videtur. Alibi, inquit, Apparitores cer-
tis territorij stationibus, quas nos balliagia di-
cimus,